UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XL. De his, quæ vi mutusue causâ fiunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

ſtipendio Syndicum extraneum eli-
gant qui cauſas monaſterii ſui agat;
c.un,h.t. cum expediat ſervos Dei etiam cum a-
liquo ſuo incommodo à ſtrepitu fo-
renſi abſtinere.

De his, quæ vi metuſve cau-ſâ fiunt.

TIT. XL.

Reſtitutio in integrum meritò inter e-
reputatur, quibus vel ante lite-
illos, qui nos impetunt, repellere
limine judicii poſſumus, vel ſalte-
quibus cauſæ noſtræ fundamentu-
ſtabilire licet, de qua Tit. hic ſpe-
cialis eſt.

Quid eſt Vis & Metus?

VIm definiunt majoris rei impe-
tum, qui repelli non poteſt. Metum
l.1.&2. verò mentis trepidationem, ob inſtan-
ſ.D.de eo vel futurum periculum. Rectè ſic, quia
quod met quamvis ſubinde unum pro altero ac-
cauſ. cipiatur, *Vis* tamen propriè intelligitur
quando externum agens neceſſitatem
voluntati contrariam alicui invito im-
ponit; *Metus* autem, quando vel vis, vel
c.5.h.t. aliud malum quidem concurrit, ſed ta-
me-

men ab ipſa voluntate quamvis coacta exurgit actio.

Quotuplex eſt Metus?

Metus eſt vel levis ſeu nullius momenti & timor vanus, cujus nulla excuſatio eſt; vel juſtus & probabilis, qui dicitur cadere in conſtantem virum, qui ſcilicet illatus cogeret etiam quemlibet virum prudentem & conſtantem, eligere potius quod electum eſt, quàm graviùs quid, quod intentabatur, incurrere: ut ſi quis in periculo naufragii conſtitutus, vel aliter metu mortis votum emittat, ne vitam perdat, aut totum patrimonium, quod eſt ſanguis & ſecunda vita.

l. Vani 184. D. De R. I.

c, Sicut 17. inf. De reg. & c. 2. h. t.

Qui ergò ex cauſa metus reſtitui poterunt?

Non quidem qui merâ vi coguntur; quia tales non agunt, ſed patiuntur, ut reſtitutione non egeant, ſed qui juſto metu coacti promiſerint aliquid, fecerintve, quod erat viri prudentis, è duobus malis eligendo minus, digni erunt reſtitutione.

d. c. 5. h. t.

c. 1, 2. & 4. h. t.

Quod ſi quis juſto metu aliquid promiſerit & juraverit?

Eo caſu non fore locum reſtitutioni

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

verùm ſervandum eſſe id , quod juratum eſt, modò non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, ſacrorum Canonum natuit auctoritas. Non obſtante deciſione juris civilis, annulantis tale juramentum: quia prævalet hic jus Canonicum, quod vult etiam metu extortum jusjurandum ſervari, modò fiat ſine detrimento animæ jurantis.

c. 3. & 6. h. t. Aut. Sacramenta pub. C. Si adv. vend. c. 8 & 28. De jurejur.

De reſtitutione in integrum.

TIT. XLI.

Tit hic eſt quidem generalis, ſpecialiter tamen in eo agitur de reſtitutione minorum, & quæ jure minorum gaudet, Eccleſiæ

Quid eſt in integrum reſtitutio?

IN integrum reſtitutio nihil eſt aliud quam remedium quoddam extraordinarium, quo judex lapſis vel circumventis ſubvenit, ſive metu, ſive calliditate, ſive ætate, ſive abſentia inciderint in captionem.

Ita Vlp. l. 1. de eod

Qui eam impetrare poſſunt?

In primis minores XXV. an ob fragilita-